Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ne laudis retributione gaudere ait. Vis non timere
potestatem? bonum fac & habebis laudem ex illa. Neq;
enim ideo bona agenda sunt ut potestas huius mun
di nulla timeat? aut phet gloria transitorie laudis
sumatur: sed cum infirmam mentem adtantum robor
ascendere non posse pensaret. ut & prauitatem simul
uitaret & laudem predicatoris egregius ei admonen
do aliquid obtulit. & aliquid tulit. Concedendo
enim lenia subtraxit acriora. ut quia addeserenda
cuncta simul non assurgeret. dum inquietudinem suum
animus familiarem relinquitur: a quodam suo uitio
sine dolore tolleretur: Sciendum uero predicatori est
ut auditoris sui animum ultra uires non trahat. ne ut ita
dicam dum plus quam ualet tenditur: mentis chorda
rumpatur: Alta omnia quoque debent multis audien
tibus contegi. & uix paucis aperiri. Hinc namq; psemet
ipsam ueritas dicit. Quis putas est fidelis dispensator &
prudens quem constituit dns supfamiliam suam. ut det illis
in tempore tritici mensuram. Per mensuram quippe
tritici exprimitur modus uerbi. ne cum angusto cordi
incapabile aliquid tribuitur. ex ita fundatur. Hinc
paulus ait. Non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed
quasi carnalibus. tamquam paruulis in xpo. Lac uobis
potum dedi non escam. Hinc moyses a secreto dei ei